

mi pudor, qui, quantum in homines, in civitates, in ordines universos, in me denique ipsum beneficiorum ab his sedibus profluxerit, lubens agnosco & fero in acceptis. Neque ea id perversa ratione facio, quasi heterodoxi, qui ab una manu Principibus licere omnia pro arbitratu volunt nulla nec divina nec humana auctoritate ligandis; ab altera vero manu ejusmodi seminant principia, quæ si usu veniant, exequias ipsas Principum auctoritati sacrosanctæ præparant.

S. Scriptura quid experientur?

127. Ad extremum quid statuemus de sacra Scriptura præ ceteris omnibus ex usu hujus vitæ, hoc est ex *Jure nature* & ex administratione reipublicæ nostræ arcenda? Trademusne illam Judæis, unde eam accepimus? Haud opinor: Quippe hi Testamentum novum, quo præcipue hætenus nitebamur, malignis unguibus excalpent. Neque hoc ipsi probaverint heterodoxi: nam Judæi homines sunt ejusdem nobiscum conditionis, & hæc nobiscum *vita* fruuntur: Scriptura autem hæc

ad hanc vitam non pertinet: Non ergo Judæis convenit seu credere eam & servare, seu custodire.

128. Perdere illam ex integro & è memoria hominum penitus tollere fortasse tutum haud est. Quid enim si hæc scriptura revera DEI vox est? Quidsi revera datur DEUS illius auctor? Quidsi revera datur vita altera, de qua nonnisi tenues suspiciones obortæ sunt Puffendorffio? neutiquam erit tutum in hanc scripturam involare: Si enim datur aliquis DEUS, & si est hujus legis auctor, non est omnino tutum ejus legem proculcare: dicunt enim aliqui, DEUM esse omnipotentem, esse ultorem, esse sui honoris vindicem: qui si vere suspicantur, cavendum nobis saltem ab hoc incommodo est. Pars commodi prima est incommodum vitæ & potentiorum offensionem declinasse. At commoda nobis pro fine ultimo sunt quærenda.

129. Scripturam hanc ad *futuram vitam* pertinere, conveniunt nobiscum Heterodoxi

Non perdetur omnino, quia forte datur DEUS!

& forte est vindex?

id quod horum commodis obesset.

Ergo mittetur in Paradisum

sum pro futura vita.

Viam quærent heterodoxi.

terodoxi Juris naturæ scriptores: & horum quidem aliqui contendunt, pertinere ad eam solam. Superest, ut eadem ad homines in futura vita degentes ita deferatur, ne pereat. Mittamus eam ad Eliam & Enoch qui jam in alia vita morantur, eadem scriptura teste. Qua autem via, quo veredo mittatur, heterodoxorum est excogitare. Cum enim his sola ratio sufficiat ad Jus naturæ & ad rempublicam: ipsorum hæc sufficiens ratio debet tenere viam ad removenda omnia, quæ huic Juri naturæ reipublicæ, & huic vitæ incommoda sunt.

130. Cum autem omnia hætenus numerata volumus auferri, nolumus sane initium tantæ rei à nobis fieri. Æquum est, ut qui consulant, omnia præter rationem esse abjicienda, periculum faciant primi in seipsis. Ergo abjiciat primus Heineccius ea omnia, quæ aliorum seu vivorum seu mortuorum magisterio didicit, abjiciat suam Philosophiæ, historiæ, poetarum scientiam: abjiciat Logicam aristotelis, quam conatus est refingere: abjiciat Juris Ro-

mani scientiam, deinde quidquid ex novo veteraque testamento didicerat: quidquid ex parente, ex professore, ex discipulis imo suis, & ex nocturna lampade fuxit, à se abdicet, *sola ratione sibi relicta*. Tum jam prodeat in medium nuda cornicula. Nempe oracula fundet, & ab hoc solo jura naturæ repetent ceteri omnes, omnes auctoritate adhuc excæcati. Ipse solus videbit & pro se & pro omnibus: atque adeo ipse solus ratione sola utens, nostræ saltem necessitati auctoritatem suam *auctoritate regum* de novo statuet.

Ultima Conditio hominum modernorum.

131. Jam paullo majora ca-

Majores nostri quæsierunt subsidia Rationi

in Legibus, libris, Religione & divina scriptura &c.

Cum his tamen omnibus patemus deceptio-
ni

objectio. Ergo abjiciantur illa quia non sufficiunt.

me conducentia. Quæ enim Ratio sola sibi relicta obspiras, quibus obfidetur, tenebras vix posset fingendo attingere, ea in libris, in legibus in traditionibus, in sacris cumprimis litteris facili sæpe negotio invenit atque obvia habet.

132. Verumenimvero ne tot quidem perspicillis armata ratio cernit tam acutum, ut non quotidianis deceptionibus pateamus. Suum, quisquis de hoc ambigit, sinum excutiat. Rex fit an miles, Philosophus an faber, Theologus an cerdo, Juris peritus an cocus, nullus est, cui non sæpe per omnem vitam contingat dicere: *Non putassem. Et ut me meus abstulit error!* Nota loquor, & in quorum demonstratio-
ne verari puerile sit ac delirio propinquum.

133. Hic, me interpellat nonnemo: Leges, libri, religio, Scriptura, verbo auctoritas Divina æque ac humana tuamet confessione non sufficiunt ad satis agnoscendum jus naturæ. Itaque recte Heterodoxi philotophi ea abjicienda contendunt, &

rationem liberam relinquentem.

134. Admodum inane hoc argumentum est. Sic, quia nec scutum, nec thorax, nec galea, nec objectus murus, nec ipsa hodie valla parvique montes objecti telis bombardarum satis muniunt corpora, abjicienda sunt hæc omnia & munimentis exuendæ arces. Sic quod Ratio sola non sufficiat Juri naturæ, abjicienda etiam ipsa est, & pecudum more vivendum? Non est necesse his immorari. Sed ad propositum supra auxilium infirmitatis nostræ, post tanta adminicula etiamnum nos urgentis, philosophiam nostram serio pacatoque animo convertamus.

135. Nihil est, quod non *sufficientem* habeat rationem. Titillabit hæc, nobis excidit, vox Wolffianos, quasi rem magnam, utpote principium *sufficientis rationis* ex Wolffio singulari nostra fortuna expiscati fuerimus.

136. Equidem discere ex quocunque nobis utile semper fuit. Sed ego *Rationis* per fuit. Sed ego *Rationis* per fuit. Sed ego *Rationis* per fuit.

Respond. Ergo abjiciatur Ratio quia non sufficiunt.

Nihil fit sine sufficiente ratione.

Rationis sufficientis principium.

pium non invenit Wolffius. *sufficientis* feci mentionem consulto, ut à parvis & mutilis enuntiationibus devenirem ad majores solidiores. Omnibus ante nos Philosophis, & omnibus forte hominibus impressa hæc notio fuit: *Effectum* absque causa nunquam esse. Sive, omne quod factum est *ab alio* non à se esse factum. Et scholastici quidem, Ciceronis Philosophiæ simul ac eloquentiæ Romanæ parentis exemplo, vocabulis novis compendio hanc rem explicuerunt. Dixerunt enim omne quod factum est, *Ens ab alio*; quod factum non est, *Ens à se*. Deque horum intima ratione seu indole loquentes illam *Abaleitatem*, hanc *Aseitatem* dixerunt, ut Cicero non pauca hujus formæ. Hæc rem granditer exponunt, & sine ambagibus ducunt, quo tendimus. Ubicunque non apparet *Aseitatem*, ibi certa est *Abaleitas*, medium nihil. *Abaleitas* autem statim in sinu suo portat *Causam*, à qua sit. Cum igitur *effectum* aliquid & non à se esse intelligitur, eodem momento simul intelligitur esse ejus aliquam *Causam*. Hæc nulli sunt ambiguitati obnoxia.

137. At qui dicunt *ratio* Wolffius *nem sufficientem* esse debere reddidit omni rei, ambiguo utuntur obscuro & Equivocum. *Ratio* enim jam causam significat, jam motum exterius, jam formam: & potest inveniri etiam in Ente *Ase*. Quippe dici potest DEUM esse sibi met rationem creandi mundi. At *Causam* eum efficientem esse sui ipsius dici genuino sensu non potest. Deinde appositum illud, *sufficiens*, & novam rursus inquisitionem objicit intellectui, & præterea supervacaneum est. Si enim non *sufficiens* est, non est ratio: Cum igitur *Ratio* per se sufficientiam suamet ex indole habeat, otiosum est hoc appositum & frustra onerat intellectum per ardua ac difficilia penetrare volentem. Hinc jam perspicies, istos, dum novant voces technicas, reddere illas exiliores, minus præcisas, minusque adeo ad philosophandum idoneas. Sed missis jam heterodoxis ad fratres Germanos, sodales inquam meos Catholicos convertor cum iisdem hanc ultimam nostram Conditionem expensurus in pondere Sanctuarii.

138. Post hæc omnia etiam divina adminicula manemus etiamnum *infirmi* in cognoscendo & in exsequendo. Nihilominus aliquid in firmitatis decessit, sive accessit aliquid luminis & *roboris* ex illis adminiculis.

Causam aliquam habet infirmitas nostra, post tot adminicula.

Infirmitas est,

quod habeamus aliqua, non omnia

Non-habitatorum nulla est causa positiva.

139. Quoniam autem nihil factum est sine causa: & tam *infirmi* nos, quam *robur* nostrum sint facta: utrumque hoc habet suam causam. Exploremus utrumque.

140. Infirmitas nostra in hoc consistit, quod *adsint* nobis aliqua, alia *desint*: Hoc est consistit in aliquo *positivo*, & in *negativo* vel *privativo*. Positivum quod in nobis est, causam habet positivam: Negativi seu deficientis causa est negativa, sive quod non simus infiniti, seu quod *non omnia* nobis adsint. Lumen rationis auctum lumine auctoritatis humanæ & divinæ, quod nobis inest, causam habet positivam. Quod plura aliaque lumina *non insint*, nullam exigit causam positivam; quia causa positiva dat *esse*, non vero dat *non esse*. Itaque supervacuum plane est

in causam inquirere, quæ in nobis efficeret *defectum* luminis. Quamobrem hac parte tuto omissa ad partem alteram positivam, seu lumina roboraque nostra convertamur mentis aciem.

141. Quæ vero est eorum luminum causa? An ipsi nos? Si nobismet sumus unius luminis causa, cur non simus etiam alterius nobis auctores, ac tertii, atque sic ceterorum, quæ nobis adhuc desunt? Si inquis, Proportio vetat. Quæso proportionem eam quis fecit? Nos? Si proportionem hanc facimus, cur aliam non facimus, qua lumina dein majora nobis demus? Ais: hanc proportionem facere possumus, majorem non possumus. Quæro: Impedimur à nobis ipsis? Et si nos impedimenta ipsi ponimus, cur eadem non ipsi auferimus? An impedimur ab alio? & quo illo? Elementis, Astris, ceteris? Ponamus aërem esse qui impediatur, ne majorem nobis ipsi ad majora lumina nobis creanda proportionem demus. Aër hancine impediendi nos vim à semet, an ab alio habet? A semet? Nemo

Eorum, quæ habemus, causa non sumus nos ipsi.

Obiectio

Nemo id facile concipiat. Nos enim, qui in potestate (ut ponitur) habemus lumina rationis nobis condere rem certe aëre nobiliorem & ita validam, ut aërem ratione nostra mille modis in nostra obsequia cogamus: cur non possumus etiam aërem vincere, ne impediatur nos in creandis luminibus? Aër ergo ignobilis à se nequit habere vim impediendi longe nobiliora. Extende te anime quoquo vis & potes, nihil invenies, quo tibi creandi tibi met luminis facultatem ex te asseras.

Causa luminum rationis non est parens, præceptor &c.

142. An eorum nobis luminum causa est parens, præceptor, liber, scriptura? Equidem ita videtur vel ex hoc, quod ad horum aspectum vel vocem ea in nobis lumina oriuntur. At enim unde fit, ut etiam his utentes ac totam aciem nostram intendentes sæpe nihil tamen luminis concipiamus? Venit id forte ex cerebri vel alia intemperie. Sed adhuc, estne præceptor luminis mei causa? Qui sibi non potest dare lumen ex se, ne mihi quidem illud ex se dabit, nisi aliunde acceptum. Itaque

Nisi in-

præceptor causa est fere *instrumentalis*, non efficiens, talis luminis. Sæpe discipulus lumen suum communicante magistro, majus ipso magistro lumen statim concipit: At magister majus suo dare non potuit. Verte te par-

DEUS est causa efficiens luminum rationis, quod luminum ceterorum fontem, originem & causam.

Hanc vero dicimus DEUM, qui quotquot in nobis fuere lumina, ipse dedit instrumentis & canalibus usus variis.

143. Cum, quæ in nobis tam accesse-
re lumina auctorem habent DEUM; Cum instrumenta sint in potestate Principalis; sequitur etiam futura lumina & quæ nobis desunt, una cum instrumentis etiam aliis esse in ejusdem DEI potestate.

144. Quid superest? humiliari sub manu omnipotentis DEI: supplicem fieri factori Patrique luminum, atque emendicare cum fiducia, quo aut per sese, ut sane potest, aut per instrumenta nobis donet lumina non quæcunque curiositatem paciscant, sed quæ necessaria sunt, ut

Ergo opus est humiliter sentire.

ut in ipsius radio jam manentes aliquando ad fontem luminis ipsum attrahamur.

Ex his principis potest derivari tota Oeconomia omnis Juris.

Ex his sequitur, rationem solam, & prædicta administranda non sufficere, Sed & speciali à DEO lumine sæpe esse opus.

Omnia lumina

Non foret mihi difficile ex hoc jacto fundamento totam & religionis nostræ & reipublicæ Oeconomiam deducere.

145. Hoc autem solum jam deduco: quia cum omnibus hisce, quæ diximus luminum instrumentis adhuc possimus cœcutire vel non satis ea percipiendo, vel quod in iis non insint omnia lumina particularia: Necessaria nobis sæpe est particularis DEI revelatio, naturalis saltem ordinis, sive talis communicatio, quæ à DEO proficiscatur, ut illum concipimus ordinarium naturarum motorem. Et si quando hæc lumina nobis non contingerent, ignorantia non erit mala moraliter & peccaminosa. Quia in hoc casu, quo DEUS illa non dat, non sunt necessaria: Cum enim finis creaturæ finitæ, finita etiam sunt lumina nobis naturali ordine necessaria.

146. Omnia bona, hoc est Summi entis servituti ido-

nea, quæ in præceptoribus, legibus, sacris scripturis sunt, item omnia, quæ in creaturarum ordine & gubernatione, omnia hæc dici possunt *Revelationes DEI*. Et sine his revelationibus intelligeremus admodum nihil. Sed hæc revelationes generales sunt, omnibus, qui volent, patientes, nisi forte per accidens. Quoniam autem, ut dixi, hæc interdum nobis non sufficiunt, & tamen necesse habemus agere: sine cognitione autem agendorum agere nequimus: hinc præter hæc tali in casu necessaria nobis est revelatio particularis, saltem naturalis etiam, qualem sæpe experimur, præcipue post imploratam creatoris bonitatem.

147. Scioli autem homines parum contenti forte sua, solent sciscitari: Quare, si providus est DEUS, non omnia lumina necessaria palam proposuit sive in scriptura sacra, sive etiam in cælo ac sole ipso legenda intelligibilibus signis & nulli falsæ interpretationi obnoxiiis?

148. Re-

R. Ratio DEUS sibi sua est.

148. Respondeo. Mendico quidem non convenit exoptulare, cur quid ab herero non recipiat? Omnium autem, quæ DEUS facit, ratio is sibi ipse est, cum aliter non esset causa prima, nec finis ultimus. Igitur hujus etiam rei rationem Deus in se ipso habet. Nam, si omnia agendorum lumina propalam essent exposita, ita, ut nullo suspirio postulare alia à DEO necesse esset, subito forte oblivisceretur hæc creatura Creatoris sui; quod DEUS velle non potest.

Felices, qui insufficientiam ex se cognoscunt,

149. Magnum igitur nobis Christianis Catholicis accrescit vitæ solatium, qui & à parentibus nostris, & à magistris, & ab Ecclesia, Patribus ac Pastoribus, ab ipsa denique divina hac scriptura, magna cum sollicitudine admonemur, ut quoties *indigemus*, hoc est quoties nobis deest sapientia, & quoties *ratio sola* nobis ad cognoscendum justum ac bonum *non sufficit*, postulemus à DEO Patre luminum, qui dat omnibus *sufficienter*. Sufficientia nostra ex nobis, & ratione sola nostra, indi-

sufficientiam ex DEO.

gentia est, egestas, & mera paupertas, ut vidimus supra; pauca enim tenemus, plura deficiunt: sufficientia nostra in DEO est, quæ vera est sufficientia, & in quo est altitudo divitiarum sapientiæ. Idem enim, qui nos hortatur, ut ab ipso postulemus, haud dubie ideo hortatur, ut largiatur: Bonus est enim. Quod qui dubitat, semet tangat, & scripturam audiat: qui negat, & pernegat, anathema sit.

Excusationes, quibus præclusis magis dilucidatur status Quæstionis.

150. **EXCUSATIO I.** An vita, Heterodoxi non *qua Civis, quæ hominis, quæ Christiani* excludunt auctoritatem humanam, ac divinam à vitæ modernæ exercitio, imo volunt nos ex auctoritate *separanda?* vere, verum *qua civis*, ubi deferimus auctoritati legum humanarum; *qua Christianos*, ubi deferimus auctoritati revelationis supernaturalis. Ceterum *qua homines* sumus, sola ratione vivere: sive è converso, quando *soli rationi* stamus, tunc nos esse *homi-*

G